tet wird verbleiben wollen, nichts vorzunemmen, und der Pabst und die Republic Venedig und der Gross Hertzog [der Toskana, Kosmus III. de Medici,] 1) *hierumb guetsprechen werden. wan dise offerten nicht angenohmen werden, thuet sich Jhr Mayt. versicheren, dass Sie auff dass wenigste allen Jtalienischen Fürsten, so die erhaltung dess ruhestandts begehren, genugsamb an tag gegeben, dass es nicht an Jhro erwunden, dass Sie die ungelegenheiten des Kriegs Von Jhrer nachbarschafft nicht abgewendt haben, und die schuld niemand anders als den Spanniern, die alle Ständt Europae in denselben einzuflechten im sinn haben, geben sollen."*

Kopie
AH 39, 356-359 - Blatt 359r leer

167

[um 1700] A

"MONITA PRO PAROCHIS" DES [KONSTANZER] WEIHBISCHOFS UND GENERALVIKARS KONRAD FERDINAND [GEIST VON WILDEGG]

"1. *Quilibet Clericus habeat proprium hypocaustum, aut saltem accomodationem sibi faciat, ut domesticos non semper in conspectu habeat.*

2. *Coquas habeant honestas, Consanguineas, aetate provectas, vel prope ad 40 annos accedentes.*

3. *Decani examinent subinde in visitatione infantes, quos obvios habebant, ut Constare possit, an bene instruantur.*

4. *Dum celebratur Capitulum, agatur in illo de defectibus in visitatione repertis, quomodo emendandi sint, fiat etiam Protocollum, cui inserentur eo tempore acta, et actitata praemissa brevi aliqua exhortatione.*

5. *Doctrina Catechistica, si non omni anno, saltem singulis biennijs vel triennijs absolvatur.*

6. *Animentur omnes Clerici ad recollectionem Scripturas [?], saltem uno, alterone die in proprijs aedibus, si modum calleant, annuatim instituendas.*

7. *Dies nulla praetereat, qua non brevem aliquam meditationem habuerint.*

8. *Quaecunque in Capitulari districtu notata digna eveniunt, ut sunt obsignationes, an privative vel comutative [?] fuerint peractae, protocollis inserantur.*

9. *Curent Parochi, ut in eorum Eccelsijs Confratres vel Rosarij, vel aliae ad augendam populi devotionem, et frequentiores confessiones apud rusticos induendas exigantur.*

10. Nullus sit Parochus, qui non Saltem semel in anno cuiuslibet Parochiani aedes accedat, et praesentibus parentibus infantes de necessaria Scientia examinet.

11. Ad Villas etiam annuatim excurrant, pro danda necessaria instructione.

12. Finitis Concionibus praelegatur populo ubique confessio Generalis.

13. Juniores Sacerdotes Sepius consulant seniores iam exercitatos, et scientia praeditos de recta ... [?] administratione, et rubricis, ac Ceremonijs Ecclesiae servandis. 1)

14. In pagis videant, ut fere per totum annum nihil aliud praedicent, quam Canisium, Concione cum similitationibus [?], historijs et alijs iuxta 2)
artem Rhetoricam instructa, non tum sublimi sed vulgari conceptu.

15. Aegrotos etiam non vocati, licet iam Sacramentis provisos, saepius accedant, animent, et instruant pro ultima lucta.

16. Ad Convivia et nuptias rusticorum non accedant, nisi necessitas, aut 3)
honestas illud quandoque exigat.

17. Parochi saepius per septimanam, si non quotidie, missam celebrent, stata et determinata hora, ad conservandam, et augendam Animam suam, tum populi devotionem.

18. Curabant omnes et singuli, ut rationes Fabricarum annuatim liquidentur, et Census exstantes a morosis debitoribus exigantur.

19. Domini Parochi in Cathedra doceant populum actus fidei, Spei, Charitatis et perfectissimae Contritionis, aliaque necessaria in articulo mortis, illos admonendo, ut saepius in vita tales actus eliciant, et habitum inde contrahant.

20. Clerici decumbentes non sibi permittant deserviri per ancillas, sed per
aedituos aut alios famulos, quia vix sine periculo animae, honestatis, 4)
et decentiae iactura fieri potest.

21. Quando exeunt cum Sanctissimo ad providendum, non garriant, Sed vel soli, vel cum comitibus devote orent.

22. Aliqui dum celebrant, vel quando aliqui Sacramenta administrant, maiorem reverentiam, et devotionem, etiam externam exhibeant, ut aedificentur presentes.

23. Observetur a singulis exactissime illud, quod iam repetitis vicibus mandatum fuit, de examine omnium illorum, qui sponsalia contrahere volunt.

24. Omnes D.D. Capitulares Zelo sancto concionentur contra nocturna et clancularia conventicula. Parentibus item et ... [?] serio inculcetur, ut

liberos et famulos ab ... [?] omni possibili conatu impediant. 1)

25. *Qui a moribundis pia legata aut testamentata excipere volunt, assumant saltem unum saecularem pro teste.*

26. *Nullus a parochia sua se absentet, nisi requisito vicino Parocho ad Curam in omnem eventum administrandam.* 2)

27. *Deinceps omnes et singuli Clerici in Ecclesijs, et publicis fonctionibus toga oblonga usque ad calceos se extendente desuper imposito supercilio [?] compareant, ut maiorem sibi reverentiam concilient, et ab aedituis discernantur.*

28. *In Sacristia occasione Processionum potus non sumatur, sed aedes parochiales accedantur, si et quatenus quaedam refocillatio fuerit necessaria, quod si sine plebis offendiculo etiam hoc fieri nequeat, omisso potu actum Mortificationis exerceant."*

In lat. Sprache. Einzelne Abkürzungen waren schwer oder gar nicht aufzulösen, daher einige Stellen nicht gesichert.
AH 39, 360-361

168

1711 September 21. A

BESCHLUSS DES STADT- UND AMTSRATES VON ZUG BEZUEGLICH EINES TRUPPENKONTINGENTES FUER DIE STADT BASEL

Vermutlich würden die am Rhein liegenden Truppen [Oesterreichs] erneut einen Durchzug über baslerisches Territorium versuchen oder dieses sogar zu besetzen trachten. Dadurch aber würde die Eidgenossenschaft mit in das Kriegsgeschehen hineingezogen. Deshalb habe sie [Bürgermeister und Rat von] Basel gebeten, ihnen notfalls die im Bündnis vorgesehene Hilfe zu gewähren. Der damit beauftragte *"Ehrenausschuss"* habe folglich beschlossen, *"auff beschehenden ersten landtsturm"* hin ein Kontingent von 400 Mann losmarschieren zu lassen, und zwar mit folgender Besetzung:

"400 Mann Under den Schützenfahnen in 3 Compagnien abgetheilt. Ein Von der Statt und 2 aus den 3 Gmeinden [Aegeri, Menzingen und Baar = Aeusseres Amt]

Bringt der Statt	*134 Mann*
jeder Gmeindt	*89 Mann*

Dise sollen alle mit gueten Füslenen versehen seyn, und jeder sich mit 1 lb. Pulfer, und 24 Kuglen verfast machen.